

VIET-CHI POST XXVIII

a.d. XVIII kal. Mai.

www.vovietjournal.org

vovietmailbox@vovietjournal.org

Epistula CCCII

(*pars secunda*) **DE VERIS TEMPORE**

(*ineditum*)

Ut studia
exerces, ita
vitam vivis.

“DISCERE PER VITAM”

Magistri Phan-Hoang epistularum series

Epistula CCCII

In epistula CCCI undecim imaginibus photographiis primum motum didicisti.

Motus I- KHOI-A /Vim sonumque nativos augere.

Scire oportet cum motu “KHOI-A” quinque partes coniunctas esse:

- 1. Prima pars ad corpus et ad naturae rationem pertinet-** Motum primum molliter continueque facito. De parte ad naturae rationem pertinenti, iste motus musculos laxat, stomachi et renum valetudinem servat et stimulat.
- 2. Secunda pars ad respirationem pertinet-** *Tho-Nguc* (leve *tho-phi*): Spiritum naturaliter ducito editoque una cum tenuibus pectoris et spirandi musculorum motibus.
- 3. Tertia pars ad interiorem vim et ad vitalia puncta pertinet-** Motui Khoi-A duo principalia officia sunt, i. e. cursum interioris roboris excitare, augendo veris vi (*nguyen-khi*) quae cum sono “A” coniuncta est; “superiorem vim calidam” (*Thuong-Hoa/ignem*) et “inferiorem frigidam vim” (*Ha-Thuy/aquam*) aequare. Vietnamitice: “Quan-binh Thuy-Hoa” nominatur. Motus Khoi-A, ad cordis Meridianum (*Thu-Thieu-Am Tam-Kinh*) et ad renum Meridianum (*Tuc-Thieu-Am Than-Kinh*) pertinet, praeterea ad puncta vitalia:
- C1 (*Cuc-tuyen*); C3 (*Thieu-hai*); C9 (*Thieu-xung*)
- R1 (*Dong-tuyen*); R5 (*Thuy-tuyen*); R11 (*Hoanh-cot*)
(Vide nostrum librum “TINH-MAT”, ‘VIETTAICHI, The Power of Quietness’ ut amplius scias)
- 4. Quarta pars ad mentem cogitationemque pertinet,** i. e. ad mentem placandam et bonas cogitationes movendas. Beatus sis, ut versi flores, vi iuventuteque florentes!
- 5. Quinta pars ad indicem pertinet:** Khoi-A proventus index est, ut te ad veris robur et proventum naturaliter conformes.

Exerceas, quaeso, motum KHOI-A mane, quinque momentos, septem dies, quieta mente, de quinque praedictis partibus cogitans. Motum docturus sum, tibi cotidie exercendus est. Via tibi, gravibus exercitationibus, invenienda est. Septem post dies, si hoc te delectat, perge, sin minus, desine.

In ista epistula CCCII novem imagines photographicas explanantes SECUNDUM MOTUM (Tuoi-Dao) invenies. Cotidie exerceas, quaeso, ut bene scias. In proxima epistula, n. CCCII quibus rebus iunctus sit monstrabo. Cur omnes motus uno tempore Magister non docet? Dixerit quispiam. Cur seriem epistularum mittit cum una epistula omnia explanare potuerit? Probe dicis. Temporibus nostris, vulgus vero omnia sine mora nulloque labore vult. Nos autem homines quaerentes optima pro nobis, pro nostra vita animaque sumus. Lepidam fabellam audivi, quae nunc vobis narro: Olim homo quidam fuit, impatientissimus morae. In caelum ascendit. Cum ad Deum pervenisset et eum vidisset acerrime rogavit: *Deus, dona mihi patientiam! Dona mihi patientiam... statim!*

SECUNDUS MOTUS: TUOI-DAO / ARBORI PERSICAE AQUAM SOFFUNDERE







(persecutus sum in THE VIET-CHI POST XXIX)

JOYEUSES PAQUES
BUONA PASQUA
BEST WISHES FOR A HAPPY EASTER
FELICEM PASCHAM HABEAS

Phan-Hoang, Mense Aprili MMIX